



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xx. De feudis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

Cùm autem semel inter aliquos de permutatione præbendorum suorum tractatus habitus erit, si alterius præbendum alteri erit adsignatum, alter autem suum resignare nolet: decepto succurritor, simplicitati eius venia tribuitur. quod præbendum habuerit, detentore illicito quolibet amoto, ei restituitur. Alioquin clericis ecclesiastica beneficia propria autoritate permutare ne conceditor.

8. Cui vti
uerform.

De feudis. Tit. 20.

Episcopus si à vasallo fundum ecclesiæ suæ pignori recepit: fructibus in sortem minimè computatis liberè detineto. Tantùm quandiu illos capiet, vasallus à seruitio in quo illi & eius ecclesiæ ratione feudi tenebitur interim immunis esto.

11. Infructu
tione.

Idem licet iuramentum de non infeudando de nouo Ro. Pontifice inconsulto præstiterit, si tamen vasallus eius decedet, & ad ipsum feudum eius redibit, illud si viderit expedire liberè concedito. Si feudum vasallus alienabit: filium con sanguineumve alienantis eiusdè feudi consortè rectè inuestito. Feudum alienatum si facilè recuperari nequibit: alicui laico per quem ecclesia recipere possit, vt in feudum per ecclesiam recognoscat, liberè concedito.

2. Expar
tea

De Pignoribus. Tit. 21.

Nullus presbyter calicem, patenam, vestimentumve sacerdotale, aut librari ecclesiasticum

1. Nullus

P